

Aufregung im Haus der Cornelier



Aulus lūdit. Cornēlia cantat et gaudet, nam hodiē avus venit. Familia avum exspectat.

Subitō clāmor est. Servus clāmat: „Issa, Issa!“

Cornēlia servum audit et rogat: „Quid est?“

5 In ātrium¹ currit et catellam quaerit. Catellam nōn videt. Sed patrem videt. Cornēlia patrem rogat:

„Ubi est catella? Ubi est Issa?“

Subitō Aulus clāmat: „Ecce catella!“ Cornēlia peristȳlium² intrat. Tum pater peristȳlium intrat.

10 Ibi catella est. Nunc etiam māter venit, catellam videt, clāmat: „Vae, vae!“³

Cornēlia rīdet, nam catella botellum⁴ tenet.

¹ in ātrium: ins Atrium

² peristȳlium (*Akkusativ*): das Peristyl

³ Vae, vae!: Oh, oh!

⁴ botellum (*Akkusativ*): ein Würstchen